

1535 in aprili, v. Majo.

Petrus Tomicki Episcopus Cra:
coviensis

Magistro Nicolao de Swowek Nota:
rio Civitatis Craoviensis.

Egregie et sanate Domine Amice no:
ster Dilecte.

Meminimus nos a vobis petere
pauculo antequam curanda valetudinis
nostra causa in hanc nos quietem rece:
pissimus, ut cum laborem cepissetis
graveum quidem illum sed nostris homi:
nibus imprimis utilem futurum ver:
tendi e Germana lingua in Latinum
speculum Saxonum et alium quendam
librum Veichpild, impetraremus a Re:
gia M^{te} Diploma sive Privilegium,
quo sanciretur, ne quisquam alius im:
primere in Polonia, aut alibi impressos
eosdem libros vendere audeat, ne et ole:
um vobis, et opera perisse videretur
nos hujus petitionis vestre memores
scripsimus ea De re ad regiam Majesta:
tem, et quod voluimus optatum tuli:
mus non omnino ex sententia nostra
Diploma conscriptum est, sed si magnopere
id necessarium videbitur, facile sarari
poterit, quod scribere in curia est omisum

vos



226

vos interea hanc nostram gratificandi
voluntatem grato animo accipite, boni:
quæ consulite, et bene valete. Datum &c.